



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

Cap. I. De prædio ab infestatione malignorum spirituum liberato
oblationem sacrifici corporis Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

deducto,
Arina
960
eleemo-
e in mor-
966
m Cano-
968
defuncti
annis N.
ionis ve-
ragia vi-
986
triduanl
uenient
991

DE VARIIS

ILLVSTRIBVS MI- RACVLIS, QVAE SPARSIM

ab Historiographis, aliisque authenticis au-
thoribus referuntur de Ven. Sacra-
mento SS. Eucharistiæ.

*Augustinus de ciuitate Dei ad Marcellinum lib. 22.
cap. 8. de pradio ab infestatione malignorum spi-
rituum liberato per oblationem sacrificij corporis
CHRISTI.*

CAP. PRIMVM.

VIR tribunitius Hesperius,
qui apud nos est, habet e-
nim in territorio Fussalē-
si fundum Rubedi appel-
latum, vbi cū afflictione
animalium & seruorum
suorum domum suam
spirituum malignorum
vim noxiam perpeti comperisset, rogauit no-
stros me absente presbytero, vt aliquis eorum
illò pergeret, cuius orationibus cederent, Per-
rexit vnus, obtulit ibi sacrificium corporis
Christi orans quantum potuit, vt cessaret illa
vexatio: Deo protinus miserante cessauit. Ac-
ceperat autem ab amico suo terram sanctam
de Hierosolymis allatam, vbi sepultus Chri-
stu

stus, die tertio resurrexit: eamque suspendit
in cubiculo suo, ne quid mali etiam ipse per-
retur. At ubi domus eius ab illa infestatio-
purgata est, quid de illa terra fieret cogitabat
quam diutius in cubiculo suo reuerentig
sa habere volebat. Fortè tunc accidit, ut ego
collega tunc meus Episcopus Synicensis
clesiæ Maximinus in proximo essemus: ut
niremus rogauit: & uenimus, Cumque no-
omnia retulisset, etiam hoc petiuit, ut in fo-
retur alicubi, atq; ibi orationum locus fieret
ubi etiam Christiani possent ad celebra-
quæ Dei sunt, congregari. Non restitimus
ctum est. Erat ibi paralyticus rusticanus,
hoc audito, petiuit à parentibus suis, ut illi
ad eum locum sanctum non cunctanter
rent, quò cum fuisset allatus, orauit, atq; in
continuo pedibus suis saluus abscessit.

*De puella quadam, que per SS. Eucharistiæ sum-
nem, & dominici calicis adpositionem, à dem-
vexationibus liberata. D. Prosper Aquitanus
6. de Sacerdotio, qui vixit anno 450.*

CAP. II.

NOstris quoque temporibus Asperc-
COS. Carthagini constituto, hoc signum
diabolicum monstruosumque quod illic acci-
quis illius patriæ cuius ignorat? Quædam iu-
cula Araba natione, ancillæ Dei habitum
stans, cum in balneo lauans simulachrum qu-
dam Veneris impudicè respiceret, & seip-